Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

T. 145028
C. 120677

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

TRACTATVS
DE
CLAVSVLIS

851

DE QVIBVS IN OMNIBVS
Tribunalibus hucusque disputatum est.

CVM SVIS RESOLVTIONIBVS, ET DECISIONIBVS, atque Declarationibus.

QVI OLIM PER MANVS CVRIALIVM
manuscriptus circumferebatur, Nunc plurimis additionibus, declarationibus, atque ordine copiosior factus à

DOCTORE MARTA.

Omnibus Iudicibus, Aduocatis, atque Procuratori bus in vtroque Foro versantibus valdè necessarius.

Quarum Clausularum materias primus Index aperto libro, ostendit.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M DC XII.

Apud Iacobum de Franciscis.

R. 3060

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

TRACTATVS
DE
CLAVSVLIS

DE QVIBVS IN OMNIBVS

Tribunalibus frequentatis.

CVM RVBRICARVM EXPLICATIONE

ET

QVIBVSDAM PRAXIMATVM QVAESTIONIBVS

Ex variis diversorum Auctorum, Tum Forensium consultationibus,
& Decisionibus, per modum Additionis

DOCTORIS MALTA.

Omnibus Judicibus, Advocatis, ac Procuratoribus in utroque
Foro versantibus valde necessarius.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

SCIPIONI
BVRGHESIO
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO
S. D. N. PAVLI QVINTI NEPOTI
Principi Magnificentissimo ac
Felicissimo.

DOCTOR MARTA, *in memoriam eius antiquæ Seruitutis, Tractatum De Clausulis, ad aternam suæ Celsitudinis gloriam, dicat, ac consecrat.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

INDEX CLAVSVLARVM PRIMÆ PARTIS

SERIE ALPHABETICA DISPOSITARVM, vt facilius inueniri possint.

ABsque vitio spolij. cla. 1
Ac dicti defuncti, & aliorum, &c. pro expressis haben. 2
Accedente consensu. 3
Actum &c. 4
Ad habendum & quicquid &c. 4
Ad supplicationem. 5
Aliàs voluit teneri ad restitutionem. 6
Altè, & Basse. 7
Amoto illicito detentore. 8
Amoto quolibet illicito. 9
Amotis quibuscumque. 10
Appellatione remota. 11
Arbitrio Rotæ. 12
Asserens &c. 13
Attento consensu. 14
Augendi. 15
Aut aliàs &c. 16
Codicillaris. 17
Communiter viuere. 18
Constito &c. 19
Constituti. 20
Contradictores &c. 21
Cuius ad id expressus accedit consensus. 22
Cuiusque status, gradus, & conditionis existat. 23
Cum fructibus decursis. 24
Cum incidentibus. 25
Cum plena libera, & speciali. 26
Cum potestate citandi. 27
Cum suis annexis. 28
Cum omnibus, & singulis clausulis. 29
Causa, & occasione. 30
De consensu. 31
De & super canonicatu. 31
Donec aliquid duxerimus ordinandum. 32
Dummodo. 33
Dummodo alteri non sit ius quæsitum. 34
Dummodo causa non sit instructa. 35
Dummodo eius dispositio ad uos &c. 36

Dum-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

INDEX.

Dummodo intrusus non sit. 37
Dummodo omnes simul non excedãt. 38
Dummodo per Ordinarium collatorem non sit facta prouisio. 39
Dummodo plura simul non sint. 40
Dummodo remaneant centum pro rectore. 41
Dummodo remaneant quinquaginta liberi pro rectore. 42
Et ad faciendum ea quę principalis. 43
Et aliàs prout in instrumento. 44
Et aliàs prout procuratori bene uisum fuerit. 45
Et cum absolutione. 45
Et cum pacto. 46
Et detur deuolutio dispositiuè. 47
Et hæc omnia sub pœna damnorum & interesse. 48
Etiam si aliæ pensiones. 49
Et pro potiori cautela. 50
Et si dedlis &c. 51
Ex certa scicentia, est in Clausula Motu proprio. 52
Ex nunc prout ex tunc. 52
Extraiudicialiter. 53
Generalia contra. 54
Habita, vel non habita poßessione. 55
Imponentes perpetuum silentium. 56
In circa. 57
Inducas in poßessionem, & defendas. 58
In tam formam. 59
In omnibus, & per omnia. 60
Parte, & partibus. 61
Inimicis curię, & alienis semper salutis. 62
Ita quod. 62
Ius, & iustitiam. 63
Iustitiam faciet. 64
Latissimè extendendo. 65
Liberam facultatem. 66
Mandantes ita ab omnibus obseruari. 67
Manu regia. 68
Morari communiter. 69
Motu proprio. 70
Natis Illustrium. 70
Non aliàs, aliter, nec alio modo. 71
Non nouas inuestituras. 72
Nõ retedẽdo ab antiquis inuestituris. 73
Non obstantibus. 74
Non se astringens. 75
Nos tibi asserenti. 76
Nullo iuris ordine seruato. 77
Nunc, & pro tempore. 78
Omnesque alios. 79
Omnia, & singula. 80
Omni meliori modo. 81
Petens ius, & iustitiam. 81
Parito. 82
Parito Breui. 83
Parito iudicato. 84
Pleno iure. 85
Plus, & minus. 86
Ponens in locum suum. 87
Præter quam à nobis prouisos. 88
Præterquam per obitum apud sedem. 89
Præuia matura causę cognitione. 90
Pro animarum salute. 91
Pro expressis haben. 92
Pro hęredibus, & successoribus quibuscumque. 93
Promittens habere ratum. 94
Promittens non contrauenire. 95
Pro omnibus quorum interest. 96
Prouiso quod portio debitis non fraudetur. 97
Pro quibus omnibus, & singulis. 98
Pro se, & hæredibus. 99
Prout iuris. 100
Prout de iure. 101
Quam, & quas. 102
Quatenus contra. 103
Quatenus idoneus reperiatur. 104

Qua-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

INDEX.

Quatenus licita, & honesta. 105
Quatenus non sit contraria canonib. 106
Quatenus sit in vsu. 107
Quibus dederit. 108
Quicquid per eos, vel alterũ eorum. 109
Quicquid placuerit. 110
Quod maior, & verior expressio 111
Quòd obstantiæ beneficiales. 112
Quòd de surreptione. 113
Quòd in primis, et ante omnia. 114
Quòd procurator possit omnia. 115
Quomodolibet. 116
Quòd propriij, tituli etiam nulli. 117
Quos, quibus, & quoties. 118
Quorum tenores. 119
Quouis modo. 120
Rato manente pacto. 121
Rebusque alijs. 122
Rebus sic stantibus. 123
Refectis expensis. 124
Releuans. 125
Renuncians omni legum auxilio. 126
Salua gradus prærogatiua. 127
Simul, & semel. 128
Saluis exceptionibus. 129
Saluo. 130
Seu donationibus. 131
Si, & inquantum. 132
Si de præmissis, seu altero eorum constiterit. 133
Sicut accepimus. 134
Si, & prout hactenus consueuerat. 135
Si inueneris, vel si Repereris. 136
Si ita est. 137
Sin præiuditio. 138
Sine præiuditio executionis 139
Sine præiuditio litterarum Apostolicarum. 140
Sine præiuditio prioritatis. 141
Sine piuditio uenientiũ ab intestato. 142
Sine præiuditio trium conformium. 143
Sine strepitu, & figura iuditij. 144
Sine retardatione solutionis pẽsonis. 145
Sine retardatione arbitrio Rotæ. 146
Sine vitio spolij. 147
Si preces veritate nitantur. 148
Si quid exequendum. 149
Si quis. 150
Si repereris idoneum. 151
Siue quouis modo. 152
Statum, & merita. 153
Sublata. 154
Subministratis oratori alimentis, & sumptibus litis. 155
Summariè. 156
Supplentes. 157
Toties, quoties. 158
Transferens omnia iura, &c. 159
Tunc, & eo casu. 160
Verificato. 161
Veris existentibus prẽmissis. 162
Vna cum toto negotio principali. 163
Volumus quòd tenearis. 164
Vocatis vocandis. 165
Vt asserit. 166
Vt commodius viuere valeas. 167
Vt decentius sustineri valeas. 168
Vt prætenditur. 169
Vt supra. 170
Vt prænittitur. 171

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

INDEX.

CLAVSVLARVM

SECVNDÆ PARTIS.

Clausula generalis. 1
Clausulæ generales restringuntur. 2
Clausulæ generales geminatæ. 3
Clasulæ vniuersales. 4
Clausula plura respiciens determinabilia. 5
Clausula specialis. 6
Clausula posita coniunctiuè. 7
Clausulæ preseruatiuæ. 8
Clausulę per ablatiuum absolutum. 9
Clausulæ in supplicatione appositę. 10
Clausularum repetitio. 11
Clausulæ cęteratæ. 12
Clausulæ consuetæ omissę. 13
Clausula derogatoria. 14
Clausula reuocatoria. 15
Clausulæ curruunt. 16
Clausula sempliciter posita. 17
Clausulæ insolitę. 18
Clausulę decreti irritantis. 19
Clausulæ executiuę. 20
Clausulę accessorię. 21
Clausulæ resolutiuę. 22
Clausula in fine posita. 25

CLAVSLA VLTIMARVM VOLVNTATVM.

Clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. 24
Clausula postremo gradui substitutionum apposita. 25
Clausula solita apponi in testamento. 26
Clausula In omnibus alijs suis bonis. 27
Clausula codicillaris. 28

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

COPIA

GLi Eccellentissimi Signori Capi dell'Eccelso Conseglio di Dieci infrascritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoa per relatione a loro fatta dalli due à questo deputati; cioè dal Reuerendo Padre Inquisitor, & dal circonspetto Secretario del Senato Giouanni Maraueglia con giuramento che nel Libro intitolato Tractatus de Clausulis, de quibus in omnibus tribunalibus hucusque disputatum est Auctore Doctore Marta, non si troua cosa contra leggi, & è degna di Stampa, concedono licentia che possi esser stampata in questa Città.

Dat. die 28. Iulij 1611.

D. Constantin Renier.
D. Zuanne Marcello. } Capi dell'Eccelso Conseglio di X.
D. Lorenzo Gabriel.

Illustrissimi Consilij Decem Secr.
Bartholomeus Cominus.

1611. adi 2. Agosto.
Registrato in libro à carte 84.
Ioan. Baptista Breato Offic. contra Blasph. Coad.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

TRACTATVS
DE
CLAVSVLIS
DE QVIBVS IN OMNIBVS TRIBVNALIBVS
Hucusque disputatum est.
PARS PRIMA.

SVMMARIA.

1 *Clausula posita in breui, recipit conditiones eiusdem breuis.*

CLAVSVLA PRIMA.

Absque vitio spolij.

1 POSITA in breui, † accessoria, recipit easdem conditiones, quas recipit breue, & intelligenda quatenus breue est iusti ficatũ, & ideo ea nõ obstante datur restitutio spoliato, si vigore breuis nõ iustificati eijciatur à possessione, vt fuit resolutum in vna Corduben. portionis de anno 1575. coram Rubeo, & in causa Vicẽtin. bene

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ficij Sãcti Martini corã Pamph. 21. Febr. 1600. in qua adest eadem decisio Rubei.

SVMMARIA.

1 *Clausula quando operatur indiuiduam expressionem coloratę possessionis.*

CLAVSVLA II.

Ac dicti defuncti, & aliorum quorumcumque prouisiones, concessiones, iustificationes, collationes, possessiones pro expressis habentes.

1 OPeratur † indiuiduam expressionẽ coloratę possessionis iuxtà cõsiliũ Butrij 2. aliàs 49. & fuit dictũ in causa Colonien. canonicatus 20. Maij 1607. Pamph.

SVMMARIA.

1 *Clausula accedente consensu, inducit conditionem, & num. 3.*
2 *Consensus tacitus quando non sufficit, sed expressus requiritur.*
4 *Clausula quando refertur ad collationem tituli, non autem ad reseruationem.*

CLAVSVLA III.

Accedente consensu &c.

1 INducit conditionẽ, † Put. decis. 18. lib. 3. & decis. 282. nu. 2. lib. 3. & fuit dictũ in causa Acheruntina fructuũ 19. Iun. 1579. Brauo. & in decis. 74. lib. 2. quotidianarũ: Put. decis. 269. n. 2. li. 3. Et hoc casu non sufficit tacitus consensus, † 2 sed requiritur expressus, Sarnen. in reg. de impetrand. benefic. per obit. quæst. 11. numero 2. ad finem, vers. & ideo, Put. decis. 282. num. 3. lib. 3. Tiraquell. de leg. con nub. gloss. 7. num. 98. & sequen. & fuit dictum in dicta Acherũtina fructuum coram Brauo. Quod dic verum quando est apposita in supplicatione, secus si in Breue, † quia tunc induce 3 cit cõditionem, sed stat causatiuè, quia litteræ si

ne

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ne consensu nõ fuisset expeditæ, prout nec breue. Put. decis. 13. lib. 3. & decis. 439. in fine, lib. 1. Veral. decis. 120. & dec. 213. nu. 1. p. 1. & decis. 183. lib. 1. Peregr. decis. 74. lib. 1. & in simili fuit resolutũ in causa Elborẽsis pensionis 27. Octob. 1595. corã Corduba, vbi in clausula, cui⁹ ad id expressus accedat consensus. & in causa Romana censuũ 13. Martij 1596. corã Blãch. vbi in clausula attento consensu. Itẽ hęc clausula in collatione beneficij de iur. patron. cum reseruatione pensionis, & facultate transferendi refertur tantũ ad collationem tituli, non autem ad reseruationem pẽsionis, neque translationem: quia in reseruatione pensionis non requiritur consensus patroni, Gigas in tract. de pẽsionib. q. 23 n. 11. Cassad. decis. 3. de iur. patron. & ita fuit resolutũ in causa Colubricensi pensionis 11. Februarij 1598. corã Seraphino.

SVMMARIA.

1 *Clausula, actum, denotat perfectionem instrumenti, eiusque publicationem, & num. 3.*

2 *Instrumentum, siue scriptura quando possit redigi in publicã formã.*

4 *Testamentum cæci sine solemnitatibus, quando operetur vim donationis causa mortis.*

CLAVSVLA IIII.

Actum, &c.

1 HÆc clausula denotat † perfectionẽ instrumenti, & illius publicationem, Bal. in Authen. quod sine, num. 1. vers. & ideo tabelliones. C. de testam. Castren. in l. is qui. nu. 4. ff. eodẽ titu. & in l. hac consultissima. in fi. C. eod. tit. Cagnol. in l. si librarius.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

num. 71. ff. de regul. iur. Alexand. in consil. 14. nu. 19. vol. 6. Pariſ. cõſ. 207. num. 15. volum. 2. & fuit reſolutum in cauſa Parmen. ſtatus, 15. Decembris 1589. & 7. Febr. 1590. corã Seraph.

2 Et tale inſtrumentũ † ſi ue ſcriptura poteſt, redigi in publicam formã, Caſtr. in d. l. is qui. nu. 4. ff. de teſt. Alex. in d. cõſ. 14. nume. 19. volum. 6. & fuit reſolutũ in d. cauſa Parmen. ſtatus, 15. Decemb. 1589.

3 Quod dic verũ, † qñ hęc clauſula, Actũ eſt, poſita in fine inſtrumẽti, vt expreſsè loquitur Alexan. ſecus ſi in princ. vel in medio, quia tunc potuit apponi à notario cogitante ſe publicaturũ, & ideo non denotat actus perfectionem, Pariſ. conſil. 27. num. 17. volum. 2. Natt. in addit. ad Alexand. conſil. 14. nu. 19. verſic. dictæ imbreuiaturæ, vol. 6.

4 Nõ tamẽ importat † ſtipulationem, & ideo poſita in teſtamento cæci, quod fuit factũ abſque ſolemnitate. l. hac conſultiſſima. C. de teſt. non operatur, vt ſaltem ſuſtineat in vim donationis cauſa mortis, nõ data præſentia donatarij, vt fuit reſolutum in cauſa Mediolanen. bonorũ. 5. Iulij 1592. corã Seraph. vbi fuit reprobatus Rim. iun. in conſil. 84. num. 26. volum. 1. quitenet contrarium.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ad habendum æquipollet clauſulæ, & quibus dederis. & nu. 4. & num. 17.*

2 *Secus ſi ſit poſita in executiuis.*

3 *Intentio concedentis ex qua clauſula declaretur.*

5 *Emphyteuſis cum clauſula ad habendum, in quibus æquipolleat clauſulæ, & quibus dederis.*

6 *Clauſula & quibus dederis, quando*

eſt

est personalis, & non transitoria ad hæredes.

7 *Clausulæ ad habendum quid valeat si non est apposita clausula ad disponendum.*

8 *Alienationis prohibitio facit cessare clausulam ad habendum.*

9 *Et quando secus est.*

10 *Clausula, ad habendum, restringitur multis modis.*

11 *Fideicommisso quando censeatur renunciatum per clausulam ad haben. & num. 16.*

12 *Directum dominium quando censeatur emissum per clausulam ad habendum, & quid si est emphyteusis ecclesiastica.*

13 *Clausula ad habendum posita in parte executiua nihil operatur.*

14 *Quando refertur ad bona allodialia tantum, non autem feudalia.*

15 *Quando non potest habere alium effectum, tamen operatur etiam in feudalibus, & emphyteuticis.*

18 *Alienatio quando dicatur secuta etiam si sit facta titulo vniuersali.*

19 *Successio ab intestato an veniat sub facultate alienandi.*

20 *Hæredis institutio an comprehendatur sub facultate alienandi.*

21 *Fideicommisso quando censetur renunciatum, non censetur renunciatum pretio.*

22 *Et quando fallit ex coniecturis.*

23 *Clausula ad habendum, est intelligenda secũdum subiectam materiam.*

* 24 *Posita in emphyteusi, intelligitur accedente consensu domini.*

CLAVSVLA IV.

Ad habendum, & quicquid tibi placuerit faciendum.

1 CLausula ad habendum, & quicquid sibi, ac suis hæredibus placuerit faciendũ, æquipollet clausulæ, & quibus dederit, & ideo facit emphyteusim, etiã ecclesiasticam, transitoriam ad hæredes extraneos. Dec. consil. 614. col. 2. Socin. in consil. 266. num. 38. volum. 2. Paris. consil. 23. nu. 40. volum. 1. Crauet. in consil. 256. nu. 4. Caccher. in decis. 164. Et fuit resolutum in causa Romana domus Sancti Eustachij. 12. Februar. 1581. coram Lancellotto, vt in decisione 322. lib. 2. quotidian. & fuit dictũ in causa Imolen. bonorum. 22. Iunij, & 13. Nouemb. 1592. & 25. Maij

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

1593.& 4. Martij 1596. coram Pamphilio.

Declaro hoc procedere, quando est posita in di-
2 spositiuis, secus si in † executiuis, quia tunc nõ ampliat, neq; mutat naturã emphyteusis. Dec. in consil. 495. num. 7.& 8.& in cons. 500. nu. 8. vers. & ideo. Pedemon. decis. 164. nu. 2. Franch. decision. 6. num. 7.

Item adde, quòd quan-
3 do est posita † in parte executiua, & ex ea declaratur intentio cõcedentis, quando est dubia, idem est, Bald. in l. eam quam, num. 36. in fi. C. de fideicommis. Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 84. ff. de verb. obligat. Franch. in d. decis. 6. num. 7.& fuit resolutum in d. causa Romana domus. 12. Iun. 1592. & in causa Mediolanen. bonorũ 28. Martij 1594 coram Arigono.

4 Item declara, † procedere quando concessio est facta cum debitis solemnitatibus, aliàs secus esse, Soc. in consil. 266. num. 33. & seq. volum. 2. Cur. iun. in cons. 130. num. 6. Couar. in lib. 2. var. resolut. cap. 17. nu. 4. vers. quarta cõclusio, & tenuit Rota in Romana domus Sancti Eustachij. 12. Febr. 1581. coram Lancellotto.

5 Item declara † hoc procedere quando emphyteusis conceditur simpliciter, cum dicta clausula, secus si fuisset additum, natura emphyteusis non mutata, vel fuerit facta cõcessio in propriam, & antiquam emphyteusim pro se, & liberis masculis, præsertim addita dictione taxatiua, tantùm. Aflict. in cap. feudum, num. 1.

vers.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

verſ. & hoc intelligit verum. in titulo Si de feudo fuerit controuerſ. latè Caccheran. in d. deciſione. 164. nu. 5. & 6.

6 Item declara † procedere, quãdo fit mentio de hæredibus in dicta clauſula, ſecus ſi de ſolo acquirente, vt potè ſi dicatur. Quicquid Titio placuerit, quia hoc caſu eſt perſonalis, & non egreditur perſonam Titij, & eius virtus nõ tranſit ad hæredes, vt fuit reſolutum in cauſa Camarin. domorum 18. Aprilis 1572. coram Orano, & in deciſione 11. parte 1. in Nouiſſimis.

7 Item † declara, vt hæc non procedant, quãdo in clauſula ad habendũ, non adeſt clauſula ad diſponendum, vel tacitè dicatur per illa verba, Quicquid placuerit, vel quibus dederit, & hanc opinionem ſequuta eſt Rota in cauſa Imolenſ. bonorum 13. Nouemb. 1592. coram Pamphilio, & omnes Doctores, atque deciſiones ita loquuntur, & facit deciſio Caſſad. 6. num. 8. & ſeq. ſub titulo de teſtament. & fuit etiam dictum in cauſa Romana emphyteuſis 26. Iunij 1602. coram Coccino.

8 Item † declara, vt procedat, quãdo dicta clauſula ad habendum, &c. ſimpliciter poſita eſt, quod ſecus eſt, ſi alia etiam clauſula poſita fuerit, per quam ſit prohibita alienatio, quia tũc clauſula ad habendum, non operatur, ſed euacuatur per ſubſequentẽ alienationis prohibitionem. Bal. in conſil. 465. nu. 5. volum. 5. Dec. in conſil. 171. num. 3. verſ. quarto, & vltimo. Cur.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

iun. in consi. 130. num. 6. & fuit dictum in dicta causa Imolen. bonorum 22. Iunij 1592. coram Pamphilio. Caccheran. in d. decisio. 164. nu. 6.

9 Sed hoc est verũ † quando prohibitio est absoluta, & indefinita, secus quando est restricta ad limitandum facultatem alienandi, quia tunc in casibus nõ exceptuatis, virtus dictæ clausulæ remanet firma, & illesa, ex vulgata regula, quòd exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. nam quod liquidè, ff. de penu legata. l. quæsitũ, §. denique, ff. de fundo instruct. Bart. in l. 1. ff. de regul. iur. & ita dixit Rota in d. causa Imolen. bonorũ coram Pamphilio.

Ampliatur vt procedat

10 hæc declaratio, † non solùm quando expressè prohibetur alienatio, sed etiam si subsequatur aliqua clausula circa modum alienandi, quia tunc uis clausulæ, ad habendum, restringitur ex illa subsequenti clausula, ex traditis per Salice. in l. fina. §. si quidem. C. de pact. dotalib. vbi attenditur potius clausula specialis, quàm generalis, & hanc sentẽtiam sequuta est Rota decisione 8. num. 3. & decisione 11. num. 1. in fi. vers. in secunda parte, & nu. seq. parte prima, in Nouissimis.

11 Per † hanc clausulam in diuisione appositam, elata scientia fideicommissi, censetur illi renunciatum, Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst. 8. quem Doctor. communiter sequuntur vbi post alios latè Crot. numer. 133. & seq. ff. de verb.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

verbor. obligat. Ruyn. consil. 133. numero 2. vers. ad idem facit, & numero tertio, volum. 2. Socin. iun. in consil. 116. num. 54. volum. 1. Berous in consilio 130. nume. 23. & numer. 32. volum. 1. Menoch. consil. 87. numer. 15. & seq. volum. 1. & in lib. 3. præsumpt. 125. numer. 46. Mohedanus decis. 156. aliàs est 24. de renuncia tion. cum alijs per Gabriel. in communibus conclus. titulo de fideicommiss. concl. prima, num. 30. & multa fuerunt ad hoc dicta in causa Bononien. euictionis 23. Iunij 1597. coram Pegna.

12 Amplia † vt etiam per hanc clausulam censeatur remissum ius emphyteuticum, Alexan. consil. 189. num. 10. vol. 2. licet contrarium in emphyteusi ecclesiastica, quæ non sit transitoria ad hæredes extraneos teneat Bero. in cons. 108. num. 18. & seq. vol. 1.

Declaratur principalis conclusio, quando clausula, ad habẽdũ, est posita in parte dispositiua,
13 secus si in executiua † Ripa in d. §. duo fratres, numero 43. Dec. in consil. 435. num. 18. & in consil. 500. num. 8. vers. & ideo, vbi in terminis diuisionis. Socin. iun. in consil. 93. num. 24. vol. 3. Menoch. in consi. 84. numer. 46. & consil. 87. num. 4. & seq. volum. 1. Caccheran. decisio. 164. nume. 2. qui omnes loquuntur in terminis diuisionis.

Quod dic verum, quando ad aliud potest referri, quia in hoc casu nunquam censetur inducta renũciatio fideicõmissi,

quan-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quando eſt in parte executiua, Ripa in d. l. qui Romę, §. duo fratres. numero 83. & 84.

Vnde, quando eſt facta
14 diuiſio † omnium bonorũ allodialiũ, & emphyteuticorum, vel fideicõmiſſo ſubiectorum, hæc clauſula in executiuis poſita, refertur ad bona allodialia tãtùm, nõ autẽ ad emphyteutica, vel fideicommiſſo ſubiecta, Berous in cõſil. 108. num. 107. & ſeq. volum. primo. Secus verò quando ad aliud referri non poteſt, tunc enim ne
15 ſtet † ſine effectu, etiam quod ſit poſita in executiuis, aliquid operatur. Ripa in d. §. duo fratres. numero 84. Socin. iun. in conſil. 93. num. 25. & ſeq. vol. tertio.

Declaratur ſecũdo procedere quò ad bona cõptchenſa in diuiſione, ſecus quò ad non comprehenſa, vel quando appareret diuidentes noluiſſe renuntiare fideicommiſ
16 ſo, † vt quia illud expreſsè reſeruarunt. Grat. in conſil. 26. numer. 19. & ſeq. & in conſil. 126. numero 41. vol. 2. Alciat. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. numer. 30. verſ. ſed ſi in inſtrumento. Dec. in conſil. tertio. numero 145. & fuit reſolutum in cauſa Bononien. euictionis 23. Iun. 1597 coram Pamphilio.

Declaratur tertio, vt procedat, quando ſub iſta clauſula ad habẽdũ &c. datur expreſſa facultas alienandi, vt puta, quia dictum ſit, ad alienandum &c. & ita loquitur Butr. ſecus ſi non eſſet data iſta facultas alienandi. Ruyn. in conſil. 137. numer. 7. volum. 2. Creſcent. deciſ. 6. num. 8. &

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

8.& seq.de testamen.Ga briel. de fideicommiss. conclus. 1. nu. 31. & fuit resolutum in causa Romanæ emphyteusis 26. Iunij 1602.coram Coccino.

17 Ampliatur † vt hoc procedat, etiam si in dicta clausula, non adsit verbum ad alienãdum, sed aliud æquipollens, vtpotè, Quicquid placuerit, Crot.in d.§.duo fratres. Socin.iun. in consil.116. num. 54.volum.1.Natta in consil. 507. num. 37. Menoch.in cons.primo numero 128.volum. primo.Sed contrarium tenuit Rota coram Crescẽtio in decision. 6. nu.18. & seq.de testamentis.

Declaratur quarto, vt procedat sequuta alienatione, quæ non potest irritari, licet possit agi ad pretiũ, ita loquitur Bar. in d.§.duo fratres, quęs. octaua. & ita ibi intelligunt Alexand. num. 72. Ias.num. 58. iunctis traditis num. 74. limitatione prima. Bald. in cons. 89.in 4.dubio,volum.1. Socin.iun.in cons. 127. vers.& absq;dubio,vol. 1.Menoch.in lib. tertio. præsumption.115. nu. 4. Gabriel. de fideicõmiss. conclus.1.num.33.

Adde,quòd hoc casu di-
18 citur sequuta † alienatio non solum quãdo facta dicitur titulo singulari, sed etiam titulo vniuersali, vtpotè per hæredis institutionem, Alexan. in consil.189. nume.20. in fine,& nume.seq.vol. secundo.Paris.cons.46. num.27.& seq. vol.2. & consil. 71.nu. 22. & seq. volum.tertio.Cravet.in consil. 638.nu. 15. Grat. consil. 60.num. 9. vol.1.

Sed an veniat successio
19 † ab intestato sub ista facul-ta-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cultate alienandi, dic, vt per Curt. iun. in conſ. 4. num. 5. volum. 1. Grat. in conſil. 60. numero 9. volum. 1.

Contrarium verò, quòd ſub iſta facultate alienãdi non comprehẽdatur
20 hæredis inſtitutio, † & ita per hæredis inſtitutionem non dicatur ſequuta alienatio, tenet Alciat. in d. §. duo fratres, num. 31. verſ. ſed & ſi, & in conſil. 557. num. 1. Dec. in conſil. 3. nume. 141. vbi quòd ita tenẽt omnes in d. §. duo fratres, in 8. quæſt. Bart. Riminald. iun. in conſi. 204. num. 111. vol. 1.

Addo etiam, quòd licet ſit renũciatum fideicommiſſo, ita vt ſequuta alienatio reuocari nõ
21 poſſit, non tamen † cenſetur renunciatum pretio, quod poteſt peti ad ueniente caſu fideicommiſſi. l. ſi fundum per fideicommiſſum, de lega. primo. Bart. in d. §. duo fratres, vbi omnes communiter, Creſcentius in deciſione 6. nume. 2. de donationib.

Limitatur, niſi aliud
22 ex coniecturis † ſuaderetur, nam ſtante aliqua coniectura, de facili cenſetur renunciatum pretio. Grat. in conſil. 60. num. 11. & ſeq. vol. 1.

Declaratur etiam, vt procedat ſolùm reſpectu ipſorum deſcendentium, ſecus vero reſpectu aliorum, ad quos eueniente caſu reſtitutionis, fideicommiſſum deuoluitur, dummodo diuidentium non ſint hæredes, Ruyn. in conſilio 138. num. 20. volum. 2. Alciat. in conſil. 561. in fine, & in conſilio. 577. numer. 2. & ſeq. Abb. in conſil. 24. nume. 1. & 2.

Me-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Menoch. libro 3. præsumptione 115. nu. 59.

23 Hæc clausula † est æquiuoca, & intelligenda est secundum subiectã materiam. Signorol. in consil. 10. num. 3. Rubeus Alex. cons. 110. num. 5. Crauett. consil. 20. numero 15. Crescent. decisione 6. numero 10. & seq. de testament. Rota decisione 703. nume. 2. parte prima, in Nouissimis, & fuit dictum in causa Romana retract°, 24. Ianuarij 1584. coram Blanchetto, vnde posita in emphyteusi,

24 † intelligitur secundùm illius naturam, scilicet accedente consensu Domini. Dec. in consilio 614. numero secundo, & sexto. Rota coram Coccino in causa Romana emphyteusis 26. Iunij 1602.

SVMMARIA.

1 *Clausula, ad supplicationem vtriusque partis intelligitur distributiuè.*

2 *Et an requirat consensum vtriusque.*

CLAVSVLA V.

Ad supplicationem.

1 HAec clausula, ad supplicationem † vtriusque partis, intelligitur distributiuè, ideſt quòd vnusquisque supplicet pro his quę ad ipsum spectant, & illa solum sunt ab eo iustificãda, Mohedan. decision. 113. incipiente Ambrosius, aliàs est decisio. 16.

2 de reseruatione, & † an requirat nouum consensum, vide Put. in decisione 353. libro primo, & vide in causa Mediolanen. aquarum 26. Nouembr. 1594. coram Orano.

Cla-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CLAVSVLA VI.

Alios voluit teneri ad restitutionem.

HAec clausula posita in contractu, non inducit resolutionem ipsius, sed importat pœnam conuentionalem, vt fuit resolutũ in causa Romana pecuniaria. 13. Martij 1600. coram Sacrato.

SVMMARIA.

1 *Potestas libera, & absoluta ex qua clausula denotetur.*
2 *Clausula altè, & bassè non restringitur ad arbitrium boni viri.*

CLAVSVLA VII.

Clausula altè, & bassè.

CLausula, Altè, & bassè quantùm sibi placuerit, &c. denotat liberam, † & absolutam potestatem, nec restringitur ad arbitrium † boni viri. Hostien. in cap. final. colum. secunda, vers. octauo oppono. Cardinal. colum. secunda, vers. quid ergò, Anchar. colum. secunda, vers. tertio oppono, Bald. in princip. Imol. colum. tertia, vers. sed responderi potest, Abb. nu. tertio, vers. Ex gloss. Fely. num. primo, in fi. de maior. & obed. Bald. in l. & in maioribus, numero secundo, C. de appellationib. & in cap. 1. §. interpretes, numer. 5. de lege Corradi. Roma. in consil. 65. numero 4. vers. Septimo quando ex verbis, & in rubric. de arbitris, numero 26. & habetur in decisione 511. libro primo, & decisione 332. lib. secundo, & fuit dictum in causa Auscula na nullitatis laudi. 5. Iunij 1599. coram Litta, & in eadem, 12. Martij. 1600. coram Seraphino.

Sum-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

SVMMARIA.

1 *Executor meruus aliquando fit mixtus.*
2 *Clausula amotis detentoribus, quid denotet.*

CLAVSVLA VIII.

Amoto illicito detentore.

1 HAec clausula † facit executorẽ de mero mixtum, Fely. in cap. de cætero, num. 9. de re iudicata, & fuit dictum in causa Zamoren. contrariæ 4. Iunij 1591. coram Gypsio. Ampliatur, etiam si non sit dictum (illicito) sed dictũ sit, quolibet detentore, vt fuit dictum in causa Abulen. & Zamoren. beneficiorũ 17. Iunij 1574. coram Pegna.

2 Clausula, Amotis † quibuscunque detentoribus, præterquam à nobis prouisiones habentes, posita in breue, præseruat omnes prouisiones Apostolícas factas, etiam ab antecessoribus, & excludit tantùm prouisiones inferiorũ, vt fuit resolutum in causa Aquilana Canonicatus, 6. Octob. 1586. coram Blanchetto.

Contrarium, quòd nõ præferantur, nisi habentes prouisiones ab ipsomet Papa immediatè, fuit tentum in causa Salamantina beneficij de Buenas 31. Ianuarij 1596. coram Corduba, & in Vicentina beneficij 22. Iunij 1589. coram Litta, quando adest clausula, non tamen à nobis ipsis, quæ est personalissima, Bal. in consil. 304. volum. quinto. Natta in consil. 163. numero 159.

SVMMARIA.

1 *Possessioni coloratæ quæ clausula æquiparatur.*

2 Clau-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

2 *Clausula amoto quolibet illicito detentore, aliquando præseruat gratiam à subreptione.*

3 *Et intelligitur de detentore facti.*

CLAVSVLA IX.

Amoto quolibet illicito detentore.

1 HAec clausula habet t vim expressionis coloratæ possessionis, de qua est facienda mentio, cap. cum nostris, de concess. præbē. & ideo præseruat gratiā à subreptione. cap. proposuit, in fine, eod. tit. & ibi Ioan. Andr. in glo. pen. Abb. num. 21. Geminian. in consil. 86. numero 6. Rota decis. 38. & decis. 69. vers. & prout dicitur, de rescript. in antiq. & fuit dictum in causa Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. corā Pamphilio. Sylua, in tract. de benefic. par. tertia. quæst. vndecima, num. 104.

2 Quod est verū, t quando hęc clausula est posita in litteris principalibus gratiæ, secùs si tantum in litteris executiuis, Clem. 1. in fine, de præbend. Abb. in dicto cap. cum nostris, de concess. præbend. post Lap. & Calderi. in consil. 21. de concess. præbend. Geminian. in consil. 86. numero 6.

Contrarium tenet Felyn. in dicto cap. in nostra, num. 32. & 36. corrolario, vers. sed nouissimè, de rescriptis. Sylua in dicto tract. de benefi. parte tertia, quæst. 11. num. 104. post Ioan. de Deo, in quæst. 24. libro primo, & Zabarell. in cō silio octauo, in secundo dub. & vide in dicta causa Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coram Pamphilio.

Et si dictum est, Amo-

to

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

3 to † detentore, absque vitio spolij, intelligitur de detentore facti, non autem iuris, Put. decis. 17. parte prima.

SVMMARIA.

1 *Clausula, amotis quibuscumque, non capit prouisos ab ordinario.*
2 *Indultum in beneficijs spectantibus ad ordinarium nihil operatur.*

CLAVSVLA X.

Amotis quibuscumque, &c.

1 HAec Clausula, Amotis † quibuscumque, non tamen Apostolica authoritate prouisis, non capit prouisos ab Ordinario, vigore indulti, vt fuit dictum in causa Toletana beneficiorum, quinta Aprilis, 1593. coram Orano, & ratio est, vt ibi dicitur, quia cùm indultum in beneficijs spectantibus ad Ordina
2 rium, † nihil operetur, in alijs verò remouet tantum obstaculum reseruationum. Cassador. decisione octaua, numero sexto, de præbend. non dicuntur prouisi authoritate Apostolica, sed ordinaria, cap. cum in aliquibus, in secunda parte, & ibi Ioan. Monachus, & numero tertio, & quarto, vers. Item si aliquis habet. Gemin. numero secundo, & sexto. Frãch. in tertio not. de rescript. libro sexto. Felyn. in cap. cum ex officijs, numero trigesimo secundo, de præscriptio. Iaf. in l. prima, §. si quis simpliciter, numero 5. de verb. obligat.

SVMMARIA.

1 *Clausula, appellatione remota, quos effectus pariat.*
2 *Appellationis causa quando est inserenda, & iustificanda.*
3 *Clausula, appellatione remota, intelligitur solùm quò ad nominatos in rescripto.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

4 *Nominatus in rescripto, qui repręsentat aliam personam, dicitur tertius.*

5 *Statutum remouens appellationẽ, intelligitur inter contrahentes.*

6 *Appellatio quando tollitur, semper intelligitur respectu litigantium.*

7 *Clausula appellatione remota non intelligitur, quando sententia est notoriè iniusta.*

8 *Etiam si sit dictum omni, & quacumque appellatione remota.*

9 *Appellatio numquam censetur prohibita, vbi constat de notoria iniustitia.*

10 *Appellatio ab excessiua taxatione, numquam censetur ablata.*

11 *Clausula, appellatione remota, intelligitur de contradictoribus de facto.*

12 *Clausula appellatione remota, posita in persona delegati, numquam transit in subdelegatum.*

13 *Item est odiosa, & respicit præiudicium tertij.*

CLAVSVLA XI.

Appellatione remota.

1 DE effectibus † huius Clausulæ, vide Doctores in cap. primo, de rescript. Franch. in cap. Pastoralis, de appella. Lapum allegatione 121. numero tertio, in fine, & numero quarto, & ibi Mandos. in ver. appellatione remota. Marsil. in singular. 295. Addentes ad Abb. in c. primo, num. primo, verbo, inferior, de rescript.

Hæc Clausula operatur, vt in appellatione † 2 sit inserenda causa, per quam iustificetur appellatio, quæ debet per appellantem probari. Franchus in cap. Pastoralis, numero nono, & decimo effectu. & in rubric. numero 12. in 16. effectu, de appellat. Fely. in cap. quò ad consultationem, num. 20. de re iud. & fuit resolutum in causa Roman. casalium, 14. Decembr. 1562. coram Orano, & faciunt tradita per Guidonem Papã, decisione 27. & decisio. 436. quæst. prima, in fine, Stephan. Aufrer. in additionib. ad Cappell.

To-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Tolosan. in decis. 341. num. 3.

Et intelligitur solùm
3 quò ad nominatos † in rescripto, non autè quò ad tertium, quia ea non obstante potest appellare, cap. super eo, vbi Doctor. Cardinal. in 7. notab. Abb. numero 7. Dec. numero quarto, de officio delegat. Alexan. in consil. 84 numero 7. volum. tertio. Dec. in consil. 198. numero 4. in fin. Menoch. de adipiscen. remed. quarto, num. 896. & sentit Rota in d. causa Romana pecuniaria, 19. Ianuarij 2598. coram Merlino.

Amplia, vt procedat, etiam si Princeps in Rescripto, cum Clausula, de plenitudine potestatis, remoueret appellationem. Alexan. in consil. 84. numero quarto, volum. tertio. Menoch. de adipiscend. remed. 4. numero 847.

Item amplia, etiamsi nominatus repræsentet
4 † aliam personam, quia tunc respectu illius, dicitur tertius, & Clausula non operatur. Rota in causa Regien. Sancti, Thomæ, 10. Decembr. 1576. coram Robusterio, decisione 100. numero vndecimo, in fine, parte prima, in Nouissimis.

5 Vnde statutum † remouens appellationem, vel alias rescriptiones ratione guarentigiæ, intelligitur solùm inter ipsos contrahentes, Cardinal. in c. super eo. in 7. not. vers. ex his infert, Abb. num. 4. Felyn. numer. 1. Dec. nu. 5. de off. deleg. Felyn. in c. qualiter, in primo, num. 13. vers. limita tamen, de accusationib. Iason, in l. si vnus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

§. ante. nu. 3. ff. de pact, Alex. in consil. 83. & nu. 13. & consil. 84. num. 8. vol. 4. Dec. in cons. 198. nu. 4. in fine. Marsil. singular. 295. nu. 4. Paris. in consil. 107. nu. 125. vol. 3. Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 848. & fuit dictum in dicta causa Romana pecuniaria coram Merlino.

Et est generale, quando tollitur appellatio, † intelligitur respectu litigantium, non autem respectu tertij, qui non litigauit, Doct. in c. super eo, de offic. delegati, & in c. cum super, de re iudicata, gloss. in l. creditor, in princip. verbo, pone. ff. mandat. Bartol. in l. 1. §. interdum, nu. 4. ff. à quibus appell. non lic. Felyn. in consil. 49. nu. 9. Corsett, in suis singularibus, verbo Appellatio. in princ. in 4. fallentia. & in verbo, Clausula, in 1. verbo, Adde Menoch. de adipiscend. remed. 4. numero 846.

7 Hæc autem clausula † non operatur, quando sententia est notoriè iniusta, & cõstaret de manifesto grauamine, glo. in cap. ex conquestione, verbo, post appellationem, de restitut. spoliat. Abb. in cap. inter cætera, numero tertio, de re iudicata, & in cap. pastoralis, numero 14. de appellat. Ripa, in cap. primo, numero tertio, vbi addentes ad Abbatem, num. 1. verbo, Inferior, in fine, de rescript. Alex. in consil. 113. nume. 9. volum. 5. & in consi. 91. nu. 2. vbi Natta in Additionib. vol. 6. Dec. in cõsil. 49. n. 3. & cons. 524. nu. 9. Lancel. de Attẽtatis appellatione pẽdẽte, limi-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

limitatione octaua, nu mero octauo, & sequẽ. Verall. decis. 33. parte prima, & decis. 87. par te 2. Cæsar de Grass. de-cis. secunda, numero 8. de solutionib. Et fuit re solutum in causa Roma na de Matthęis, 11. Maij 1562. coram Orano, quam refert Lancellot. in d. tract. de attentatis. in d. limitatione octaua numero 24. in fin. & est extensa per Verall. in di cta decisio. 87. Et fuit e-tiam resolutum in cau-sa Cesenaten. bonorum 9. Martij 1598. coram Peregrino, & in causa Colonien. mercium. 10. Ianuarij, 1600. coram Seraphino, & in causa Hispalen. & Corduben. præstimoniorum, 19. Decembr. 1601. coram Lancellotto.

Amplia, vt procedat,
8 † etiam si dictum esset omni, & quacumque ap pellatione remota, vt fuit dictum in dicta cau sa Romana de Matthęis 21. Maij, 1562. coram Orano, in qua aderat clausula, quacumque, &c. Qua non obstante, Domini resoluerunt, non operari in illo ca-su, in quo aderat noto-ria iniustitia.

9 Et est speciale, † quòd vbicumque prohibetur appellatio, non cense-tur prohibita, vbi con-stat de notoria iniusti-tia, & manifesta iniqui-tate. Gloss. in cap. ex conquestione, ver. post appellationem, vbi Bal. numero quinto, in fi-ne, de restitutione spo-liatorum. Alexand. in consil. 77. numero vi-gesimosecundo. Meno-chius de adipiscend. re-med. quarto, num. 850. & seq.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

'Neque tollit appella-
10 tionẽ ab excessiua † taxatione, quia solùm refertur ad appellationẽ à diffinitiua in negotio principali, non autem ad illam, quæ interponitur ab incidentibus, & accessorijs. Salyc. in l. finali, numer. octauo, vers. quæro tertio. C. de sentent. Fely. in cap. causam quæ, numero 27. de rescript. & ita tenuit Rota in causa Regien. Sancti Thomæ. 10. Decembr. 1576. coram Robusterio, vt in deci. 100. num. 11. parte prima, in Nouissimis.

Hæc clausula, Appellatione remota, siue postposita, &c. in gratia directa executori litterarum Apostolicarum, intelligitur de contradi-
11 ctoribus † de facto, Franch. in cap. primo, in fine principij, ve vel poterit, de concess. præbend. libro 6. Put. decis. 271. num. 6. vol. tertio. Achill. decis. 4. num. 11. de senten. excommunica. Lancellot. de attentatis appellatione pendente, limitatione octaua, numer. 41. & fuit resolutum in causa Mediolanen. Parrochialis. 16. Martij 1588. coram Plato, & in Panormitana Archidiaconatus. 15. Iunij 1590. coram Pegna.

Item intelligitur, tam respectu petitoris, quã possessoris, vt fuit resolutum in causa Hispal. & Corduben. Præstimoniorum, 19. Nouembr. 1601. coram Lancellotto, & facit Bald. in l. incerti, in fine, C. de interdict. Rota decis. 10. num. 34. & numero 20. parte prima, in Nouis-

Hæc

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Hæc clauſula poſita in
12 perſona delegati, † non tranſit ad ſubdelegatũ. Moderni in cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, de offic. delegat. & faciunt, quæ dicunt Doct. delegato, in cap. primo, in 1. notab. de reſcript.

Item hæc clauſula eſt odioſa, & reſpicit præiudicium tertij, Dec. in cap. ſi pro debilitate, num. 29. de offic. delegati, ad intelligentiam c. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, eodem titulo.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure, quò ad merita.*
2 *Secus quò ad ſollemnitates iudicij.*
3 *Relaxat aliquando rigore iuris ciuilis.*
4 *Arbitrium Rotæ, vt intret ad relaxandum iuris rigorem, quid requiratur.*
5 *Clauſula, arbitrio Rotæ, poſita in cõmiſſionibus ſanatorijs examinis teſtium quid operetur.*
6 *Et quid in ſanatoria nullitatis compulſationis.*
7 *Et quid ſtante quaſi poſſeſſione exigendi.*
Secundò limitatur opinio Bart. vt nõ procedat quãdo alius filius est institutus, vt in terminis legatorum tradit Castr. in l. sicut certi, nu. 3. C. de testam. milit. Aret. in l. Titius, nu 6. in fine, ff. de liber. & postum. Ruin. consil. 50. num. 2. vers. secundo limitatur, libro 2. Capra, conclus. 111. nu. 30. & in terminis institutionis, Gabr. cons. 113. num. 19. libro primo. Grat. consil. 112. numero 28. libro 2. Ant. Gabr. de clausul. concl. 8. nume. 17. & 18. Menoch. de præsumpt. lib. quarto, præsumpt. 32. sub numero decimo, ad finem, Thesaur. decisione 141. num. 15. vbi dicit, quòd hanc differentiam faciunt multi, qui tenent opinionem Bart. Contrarium tenet Bal. in l. si totas, numero primo ad finem, C. de inoffic. donat. & consilio 156. numero primo, libro 2. Ang. consil. 108. in tertio dubio, & cons. 211. in 4. dubio Card. consil. 20. nume. 40. & seqq. qui consuluerunt in casu quo alius filius

fue-

fuerat inſtitutus, cum allegatis per Gabriel. concluſ. octaua, de clauſul. numero 18. verſ. contrarium. Et in hanc ſententiam videtur inclinaſſe, Rota apud Oradinum, in cauſa Foroliuienſ. hæreditatis, 17. Februarij 1570. dum dixit hanc ſecũdam limitationem eſſe valde dubiam, & quia allegantur multi Doctores, qui eam incidenter ponunt.

Adde tamen, quòd concurrentibus ſimul duabus prædictis limitationibus, ſcilicet, quòd alius filius ſit inſtitutus, & quando pater ſuperuixerit poſt natiuitatem poſtumi, tanto tempore, quo potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, clauſula codicil-
21 laris operatur. † Barto. conſil. 210. numero 4. & conſilio 235. numero 2. Socin. conſil. 93. in fine, lib. 4. Menoch. lib. 4. præſump. 32. num. 10. & tenuit Rota in cauſa Foroliuienſi hereditatis 27. Februarij, 1545. coram Ioan. Paulo, vt per Put. deciſ. 234. num. 2. & 10. lib. 2. Chiſanenſ. deciſ. 13. & ita procedit deciſ. 7. de teſtament. & Ant. Auguſt. 109. & 127. lib. 3. quę ſunt in eadem cauſa, licet loquãtur de ſola ſuperuiuentia teſtatoris, & in Bonon. de Beroaldis, 11. Decemb. 1600. coram Litta, fuit dictum teſtamentũ nullum ex cauſa pręteritionis de poſtumo ignorãter facta, ſuſtineri ex clauſula codicillari, in vim fideicõmiſſi, ex quo ibi plures concurrebant coniecturæ.

Tertio limitatur opinio Bart. vt nõ procedat
22 quãdo pater † in ſpecie

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de postumo cogitauit, vt puta, quia de eo mentionem fecit in alia parte testamenti, Ang. consil. 108. in 3. dub. Dec. consil. 490. num. 6. in fine, Soc. iun. consil. 128. nume. 72. libro primo. Paris. consil. 60. nu. 14. & 23. lib. 2. Gabriel. de clauſ. concluſ. 8. nu. 22. Menoch. d. præſumpt. 52. num. octauo, & vide in cauſa Bonon. de Beroaldis, 11. Decembris, 1600. coram Litta.

Quarto limitatur, vt procedat, quo ad inſtitutionẽ, ſecus verò quo ad legata, quia ea ex huiuſmodi clauſula cõſeruantur, etiã poſtumo ignoranter præterito. Aret. conſil. 93. num. quinto, verſic. his præmiſſis, & in l. Titius, colum. . . ff. de liber. & poſtu. Cornæus, conſil. 158. nũ. 36. libro 2. & eſt recepta pe-

nè omnium ſententia, vt per Capr. concluſio. 111. numero 19. 20. & 25. Gabriel. de clauſ. cõcluſ. octaua, numero 9. & 10. Menoch. libro 4. præſumpt. 32. numero 22. & teſtatur etiã Craſſus, §. legatum, quæſt. 67. numero quarto, ver ſic. contra Bart. qui plurimos allegat.

Contrarium tenet poſt Bart. Cagnolus, in auth. Ex cauſa, numero 13 n. C. de liber. præter. Clar. §. teſtamentum, quæſt. 46. ad finem, Craſſ. dicto §. legatum, quæſt. 67. numero quarto, ad finem, & alij per eum allegati.

Ampliatur, primo hęc quarta limitatio, vt tantò magis procedat, 23 quando legata ſunt ad pias cauſas, Bart. conſil. 204. numero ſecũdo verſ. Tertio, quia Caſtr.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

consilio 200. numero quatto, libro primo. Corneus, consilio 158. numero septimo, lib. 2. Crotus, consilio 66. numero 23. libro primo. Gabr. conclus. octaua, numero 12. Menoch. libro quarto, præsump. 32. num. 23. Thessaur. Decisione 141. nu. 14.

Ampliatur secundo,
24 quando alius filius † est grauatus ijsdem legatis Capra, conclus. 111. numero 30. & faciunt tradita per Gabr. conclus. octaua, num. 19. & Menoch. de præsumpt. 32. num. 10. qui alios allegant.

Ampliatur tertio, quã-
25 do alio filio † sunt relicta legata, Castrens. in l. sicut certi, num. 3. C. de testam. mil. Aret. in l. Titius, num. 6. in fine, ff. de liber. & postum. Ruin. cons. 50. nu. 2. vers. vige simo limitatur, lib. 2. cũ alijs allegatis supra in 2. limitatione.

Sublimitatur hęc quarta limitatio, vt non procedat, quando legata es-
26 sent tot, & tanta, † vt nõ sit verisimile, q̃ si pater ꝺ filio cogitasset illa fuisset relicturus: hoc enim casu non conseruantur, aliàs secùs. Aret. in d. l. Titius, in princ. col. pen. & fi. ff. de liber. & postu. cons. 93. sub nu. 6. Soc. iun. cons. 93. nu. 30. lib. 4. Ruin. cons. 50. nu. 3. vers. secundo limitatur, lib. 2. Alciat. Reg. 1. præsumpt. 13. Capr. concl. 111. n. 16. Gabr. de clausul. concl. 8. nu. 14. Cras. in §. legatũ, q. 67. nu. 5. Thess. decis. 141. nu. 14. Menoch. li. 4 præsump. 32. num. 24.

Ampliatur, vt procedat etiam in legatis ad pias causas, quia si sũt ita ma-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

gna, vt exhauriant vltrà dimidium hæreditatem non conseruãtur ex hac clausula postumo ignoranter præterito; secùs si non exhauriant, Crotus, consil. 66. num. 24. & 25. libro primo. Menoch. dicta præsumpt. 32. numero 24. vers. his accedit.

Ampliatur, quòd relinquitur arbitrio iudicis, an legata sint tot, ac talia, quòd testator esset, vel non esset legaturus, vt per Ruyn. consil. 50. numero tertio, in fine, libro 2. Menoch. de arbitrar. casu 145. nume. tertio, & lib. quarto, præsump. 32. num. 24. in fi. Cętera in materia huius clausulæ, quando postumus est ignoranter præteritus, tam quo ad institutionem, quàm quo ad legata, vide per Capram sæpè dicta conclus. 111. Gabr. de clausul. concl. octaua. Menoch. libro quarto, præsump. 32.

Adde etiam, quid quãdo filius prętericus propter hanc clausulam, tenetur institutis restituere hæreditatem, non potest detrahere duas quartas, sed solum detrahit legitimam. Bart. consil. vigesimo, numero sexto parte prima. Dilect. de arte testandi, titulo de hæred. instit. vel exhær. caut. prima, numero 4. Gabriel. de claus. concl. 109. numero sexto, & consilio 113. numer. 4. libro primo.

Dic verum, quãdo hæc clausula verificatur in tempore præsenti, si nõ valet, &c. nam tunc vt puta, grauatus non detrahit nisi legitimam, secùs, quando verificatur in tempore futuro, si nõ valebit, &c. tunc enim

vt

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vt grauatus sub cõditione detrahit duas quartas. Bart. Bald. & Ang. in l. Papinianus, §. meminisse, in fine, ff. de inoffic. testam. Bald. in l. filium, numero 28. vers. item quæro, quod si filius, vbi dicit, quandoque ita sæpè consuluerunt, Bart. & Franc. de Pisis, & quòd ipse eorũ consilia sequutus fuit, & quotidie sequitur. C. famil. herciſc. Angel. consil. 99. colum. prima. Alex. consil. 142. num. 15. vers. & per hoc, libro 2. Simon de Pretis, de interpret. vltim. volunt. libro 2. interpretatione prima, solut. 11. nu. 29. & 30.

Hæc clausula sustinet testamentum caducatũ
18 † morte hæredis ante testatorẽ defuncti, Bald. consil. 170. libro 5. Alex. consil. 42. num. 2. libro 2. Dec. consil. 242. num. 2. vers. sed in casu isto, & consil. 369. numero tertio. Pariſ. consil. 60. num. 20. & consil. 61. nume. 22. & consil. 64. numer. 13. lib. 2. Socin. consil. 140. num. 5. lib. primo, & secundo. Marsil. singul. 544. Roland. consil. 71. num. 57. lib. 2. Menoch. consil. 106. num. 395. lib. 2. & consil. 500. numero quarto, libro quinto. Vincent. de Franch. deciſ. 156. numero primo, & tenuit Rota in causa Romana hæreditatis, 5. Martij, 1599. coram Corduba.

Hæc clausula non sustinet testamentum † ruptum per querelam,
29 ex eo, q̃ frater instituta turpi persona, fratrẽ præterijt. Fulgoſ. consil. 71. num. quarto, Castrẽ. consil. 268. num. 2. in 2. dub. libro primo, & in l.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

si patroni, §. finali, num. 6. ad Trebellian. Iaſ. in l. fratres, numero quarto, C. de inoffic. teſtam. & conſil. 71. in fine, libro primo. Dec. conſil. 561. per tot. Ruin. conſil. 51. in fine, & conſil. 85. nu. 20. libro tertio. Bolog. conſil. 15. in fine, Crem. ſing. 90. Bolognett. in Authent. Ex cauſa, in fine, C. de liber. præterit. Roland. conſil. 87. numero 13. libro tertio. Burſat. conſilio 92. numero ſexto, vbi de communi. Theſaur. deciſio. 128. num. 1. vbi de communi, & communem etiam teſtatur Craſſ. §. codicillus, num. 23. & vide in cauſa Romana hæreditatis, 24. Maij, 1600. coram Corduba. Celſ. Hugo, de clauſ. in clauſula codicillari, nu. 327. verſ. clauſula codicillaria, in teſtamẽto fratris.

Contrarium, quòd ſuſtineat tale teſtamentũ, tenet Pinel. in l. ſi patroni, §. finali, in 4. lectura, quem ibi ſequitur Bart. ad finem, verſ. vnde Dinus, Imola, ad finẽ, verſ. Dinus tamen. Alexand. numero ſeptimo, verſ. aliud eſt videndum, ff. ad Trebellian. Bartol. in cap. Raynutius, numero 13. de teſtam. Curt. iun. in dicta Authent. Ex cauſa, numero 75. & in l. prima, numero 5. vbi Cagnolus, nume. 13. ff. de inoffic. teſtam. Afflict. deciſ. 125. in fine, Dilec. de arte teſtandi, tit. tertio, cautela 16. numero quarto. Aymo, conſil. 728. num. 15. Clarus, §. teſtamẽtum, quæſt. 52. verſ. ſed quæro, licet loquatur in Authent. Ex cauſa, ſed non datur ratio differentiæ, Craſſus, §. codicillus, nu. 23. ad finem,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

finem, Anchar. iun. q. 11. num. 3. & seqq. lib. 1. & æquiorem putat Thes saur. ex d. decis. 128. nu. 3. pro qua facit commu nis opinio. Bart. in d. au thent. Ex causa, nu. 23. & Fulgos. nu. 17. in fine, quando scilicet clausula codicillaris operatur in testamento rupto per querelam.

Hac clausula, vt hæres
30 † ab intestato cēscatur grauatus, vt inō potest, qui ab initio intentauit remedium testamenti, l.
31 finali, † vbi glos. in verbo, cupiens, & Doct. om nes, C. de iure codicill. Alex. cons. 121. sub nu. 6. vers. cum ergo, lib. 1. Roman. consil. 125. nu. 20. vbi Addēt. Boer. decis. 33. num. 15. Palæot. decis. 506. in fine, & decis. 556. num. quarto, libro tertio, parte 3. diuers. Gabriel. de action. conclus. 3. num. 1. & vide in causa Ariminen. legati, 10. Nouemb. 1595. coram Litta.

Declara procedere, quādo ab initio quis se restrinxit ad vnam tātum viā, vt declarat Palæot. d. decis. 506. secùs, quando quis se nō restrinxit ab initio, quo casu cēsetur deduxisse omne ius, etiam contrarium euentualiter, tamen successiuè, vt declarat Castrens. in l. 1. nu. 5. Socin. n. 10. Ias. nu. 7. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. Ruin. consil. 22. num. 6. lib. 1. Socin. iun. consi. 26. nu. 19. lib. 1. & tenuit Rota in causa Romana 29. Maij, 1574. coram Aldobrandino, vt in decisione 254. num. 5. parte 1. diuers. ita fuit resolutū in dicta Ariminens. legati, 10. Nouembr. 1597. coram Litta.

Et

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Et adde, quod dispositio legis finalis, C. de iure codicillorum, est odiosa, & ideò restringenda. Palæott. decis. 753. libro tertio, parte tertia diuersorum, & fuit dictum in dicta Romana, vt in decisione 254. in fine, parte prima diuersor. & in dicta Ariminen. legati coram Litta. Socin. consilio 84. numero 40. libro secundo.

Et non habet locum, quando adest aliqua iusta causa, vt puta, ignorantiæ. Socin. iun. consilio 84. numero 40. libro 2. Palæott. decisione 506. in fine, & decisione 853. libro tertio, parte tertia diuer. & fuit dictum in dicta Ariminen. legati, coram Litta.

Hæc Clausula sustinet testamentum nullum, in vim Codicillorum, l. finali, C. de Codicillis. Rota Decisione quarta, numero primo, parte prima diuersorum.

32 Hæc Clausula t non probatur per priuatam scripturam, nisi publicetur iuxta l. publicati, C. de testamentis. Bald. in l. nec casu, numero septimo, C. de discursoribus, libro decimo. Iason. in dicta l. publicati, in fine, Rota, Decisione quarta, numero secundo, parte prima diuersorum, vbi an publicatio præsumatur ex antiquitate temporis. De hac clausula scripsi etiam infra in secunda parte, vbi egi de Clausulis vltimarum voluntatum.

CLAV-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CLAVSVLA XVIII.

Communiter viuere.

HÆc clausula importat, quòd ratione maioris familiæ non exigatur plus, per l. finalẽ, vbi gloss. ff. de doli mali exceptione. Bartol. consilio 168. numero primo, ad finem, par. prima, & in l. Quintus, in fine, ff. de annuis legatis.

SVMMARIA.

1 *Clausula Constito requirit partis citationem.*
2 *Secus si sit dictum, & extra iudicialiter.*
3 *Et requirit causæ cognitionem.*
4 *Secus si agatur de re modica, & parui præiudicij.*
5 *Reddit rescriptum conditionale.*
6 *Et ad eius verificationem requirũtur veræ probationes.*
7 *Et quando sufficiunt probationes præsumptiuæ.*
8 *Clausula constito quod obierit in possessione quando dicatur iustificata.*
9 *Possessio non dicitur interrupta per intrusionem alterius.*
10 *Clausula constito de assertis, quando non referatur ad narrata.*
11 *Clausula constito de tribus conformibus intelligitur de validis.*
12 *Clausula constito de re iudicata, quid operetur.*
13 *Clausula constito de assertis in commissione restitutionis non dat iurisdictionem.*
14 *Clausula constito quòd defunctus obierit in possessione quomodo intelligatur.*
15 *Iudex quando non iustificata reseruatione nulliter procedit.*
16 *Clausula absque vitio spolij respicit conditiones breuis.*
17 *Manutentio quando datur ei, qui nõ habet se pro spoliato, & committitur causa arbitrio Rotæ.*
18 *Executio quando supersedetur ad exclusionem reseruationis, si datur fumus.*
19 *Clausula constito quod defunctus obierit, quando est verificanda.*
20 *Clausula constito intelligitur ad effectum vacationis.*
21 *Clausula cõstito posita in breui, quid operetur.*

CLAVSVLA XIX.

Constito.

HAec clausula requirit partis citatio-
1 nem, † Glos. in Clemẽt. præsenti, de censibus, in verbo constiterit, Rota, decis.

decis. 21. de Rescriptis, in antiquis, & decisione 15. de dolo, & contumacia, in antiquis. Lapus Allegatione 60. numero tertio. Abb. in capit. Conquerente, num. 9. de restitut. spoliatorum. Felin. in cap. si cõstiterit, sub numero 6. de accusation. Dec. consilio 198. colum. fin. Paris. consil. 45. numero 9. & consil. 31. numero 33. in fine, libro quarto. Aegid. deci. 68. Vestrius in Praxi, libro octauo, cap. vltimo, numero 13. & fuit dictum in causa Mcleuitana beneficiorũ 29. Maij, 1587. coram Seraphino.

Declaratur non procedere, quando adest clausula, † Et extrajudicialiter: quia tunc non requirit partis citationẽ. Than. decisione 95.

Declaratur secundò, non procedere, quando narrata verificarẽtur ex actis, & coram eodem iudice, quia tunc esset conditio de præterito, quæ non suspendit, l. cũ ad præsens, ff. si certum petatur, l. institutio talis, §. finali, ff. de cond. instit. cum similibus. Ita Than. decis. 95.

3 Item requirit † causæ cognitionem. Innocen. in cap. finali, ad finem, & ibi Bald. numero 11. vers. de illa Clausula, & sub numero 19. Cardin. ad finem, de præsumpt. Lap. Allegat. 60. nume. secundo, vers. secùs si fuisset, & numero sequẽti, & Allegatione 15. numero quarto. Aegidius decisione 68. Than. dicta decisione 95. Guido Pap. decisione 70. & fuit dictũ in causa Tirason. Cappellaniæ, septima Maij, 1602. corã Pãphil.

Limi-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Limitatur, quando a-
4 gitur de re modica, † & de paruo præiudicio: nã tunc non requirit partis citationem, nec causæ cognitionem, Staphil. de litter. iustitiæ, §. citario, numero 13. & facit Rota decisione 16. de dolo, & contumacia, in antiquis. Idem Staphil. ibidem, numero 11. & 12. Papazon. ad decisio. 12. numero tertio, de officio delegati, & in nouiss. vbi idem dicitur de clausula, si inueneris, & de clausula, si repereris, & vide infra, in clausula si inueneris.

5 Hæc clausula reddit † rescriptum conditionale; & quicquid facit iudex ante verificationem conditionis, nulliter facit. Socin. consilio 99. numero decimo, libro tertio. Paris. consil. 41. numero 14. & consilio 94. numero quinto, & octauo, & consilio 95. numero quinto, & sexto, libro quarto, & vide in causa Oriolen. decimarum, 26. Februarij, 1590. coram Orano. Vantius de nullitatibus ex defectu iurisdictionis delegat. num. 92.

Et ideo hoc casu ad eius verificationem requirũ
6 tur veræ, † & concludentes probationes; nec sufficiunt præsumptiuæ, l. Lucius, ff. de conditionibus, & demonstrationibus. Baldus, in l. bonæ fidei, numero octauo, C. de rebus creditis. Anania, in cap. constiterit, numero sexto, & ibi Felinus, in Rubrica, de probationibus, numero tertio, vbi Dec. numer. quartodecimo, & consilio 198. in fine, Cotta, in suis Memor. in verb. Lex quæ conditio-
8 nali-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

naliter, verſiculo præterea; & in verbo, ſententia lata ſub conditione. latè Plot. de in litem iurando, §. 2. num. 34. & vide in cauſa Oriolen. decimarum, 26. Februarij, 1590. coram Orano.

Dic verum, in his caſibus, in quibus poſſunt haberi verę, & concludentes probationes: ſecus verò in his caſibus, in quibus haberi nõ poſſunt, quia nec ſufficiũt
7 probationes † præſumptiuæ, quæ à iure admittuntur. Felinus, in Rubrica, de probationibus num. 3. verſic. ſed aduerte, il 2. & ibi Dec. ſub numero 14. ante medium, verſ. ſi tamen. Plot. de in litem iurando, §. 2. num. 34. verſ. & quæ opinio.

Clauſula cõſtito, quòd
8 † non obierit in poſſeſſione, dicitur iuſtificata ex ipſo, quòd probetur nõ ſemel in vita poſſediſſe; quia poſſeſſio præſumitur continuata vſque ad mortem, niſi doceatur interrupta, ex traditis per Alciat. de præſumptio. Reg. 2. præſumpt. 25. Rota diuerſ. deciſ. 80. parte 2. ita fuit reſolutum in cauſa Illarden. beneficij, 17. Octobris, 1594. coram Pegna.

Amplia vt procedat etiam ſtante intruſione
9 alterius, † quia vbi poſterior, & turbatiua eſt nullius momenti, nec dicitur interruptæ prior poſſeſſio; ſi non habuit ſe proſpoliato, maximè ſi poſterior ſit attẽtata. Neuiz. conſil. 81. num. 23. & 26. & fuit dictum in d. Illarden. beneficij, 17. Octob. 1594. coram Pegna, &c.

Clauſula, conſtito, &c.

de

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de qua in Breui, in eo quod respicit reseruationem, debet plenè probari, vt fuit dictum in causa Cæsaraugustana portionis, 31. Maij, 1602. coram Litta.

Clausula, constito de
10 assertis, † posita à Regẽte in commissione, nõ refertur ad narrata, sed tãtum ad ea, quæ habẽtur in clausula, cõstito, posita in dispositione commissionis, & sic nõ reddit Rescriptum cõditionale, quando signatura Papæ, vel Cardinalis est pura, & simplex: quia Regens nõ potest alterare signaturã Papæ, vel Cardinalis, quæ est illa, quæ disponit, & attenditur. Cassad. decis. 7. numero 14. de Rescript. & fuit tentũ in Trolien. decimarum, 26. Febr. 1590. coram Orano.

Clausula, constito de
11 tribus † conformibus, &c. intelligitur de validis, ad l. quartam, §. cõdemnatum, ff. de re iud. & fuit resolutum in causa Caputaqu. senioris, prima Iulij, 1587. corã Bubalo, Laudien. pecuniaria, prima Iulij, 1585. corã Pamphilio, & fuit dictum in causa Vlisbonen. decimarum, vigesimanona Martij, 1591. coram Orano, & in causa Toletana pensionis, duodecima Decembris, 1597. vbi quod merẽtur executionem, & vide in causa Bonon. de Ramalottis, duodecima Aprilis, 1592. corã Pamphilio. Mediol. bonorum, 4. Iulij, 1601. corã Lancellotto.

Clausula, constito de
12 re iudicata, † procedatur ad executionẽ, &c. operatur, vt stante re iudicata, illaque exequenda,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

da, non obstante præcedenti restitutione in integrum, si nihil contra iustitiam rei iudicatę deducatur. Rota, decis. 144 numero 2. parte 2. diuers. Segobricen. Parrochialis, 2. Decembris, 1602. coram Pamphilio.

Item, quamuis intelligatur de præcedenti re iudicata, tamẽ quando fumus in sententia lata extra Palatium, & transierit in iudicatum, potest Rota procedere ad illius executionem. Mohed. decis. 36. in fine, & fuit dictum in Toletana fructuum, de Borgas, 16. Maij, 1586. coram Pamphilio. Veneta legitimitatis, prima Iulij, 1602. coram eodem.

Clausula, constito de
13 assertis, † restituat, posita in commissione restitutionis in integrum, non respicit iurisdictionem, quę simpliciter datur, & statim tribuitur sed respicit ipsam restitutionem, vt non sit dãda, nisi probatis assertis aliàs videri non posset, an illa essent vera. ita fuit dictum in causa Bononien. census, 28. Iun. 1601. coram Sacrato.

Clausula, cõstito quod
14 defunctus † obierit in possessione beneficij Sede Episcopali vacante, vel in tali mense reseruato, &c. intelligitur, ita vt exinde inducatur reseruatio, propter quam concedi solent Breuia de capienda possessione nomine Camerę, in quibus ponitur huiusmodi clausula, & ideo licet probetur obitus defuncti in dicto mense, vel Sede Episcopali vacãte, si tamen beneficium nõ est reseruatum, Breue nõ dici-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dicitur iustificatum, vt fuit resolutum in vna Salamatina Canonicatus, de anno 1575. coram Rubeo, & in Vicentina beneficij Sancti Martini, 21. Februarij, 1600. corã Pamphilio, in qua adsunt decisiones prædictæ Gerunden. beneficij, 31. Maij, 1600. Corduben. dimidiæ portionis, vndecima Februar. 1602. coram Sacrato. Et Iudex si nõ admittit probationes ad excludẽ dam reseruationem, dicitur grauare partem, vt fuit dictum in causa Gerunden. beneficij, 31. Maij, 1600. coram Cordoua.

15 Vnde, si Iudex vigore † huius breuis non iustificata reseruatione procedat ad exequutionem dicitur nulliter procedere, & eiecto à sua possessione datur restitutio, vt fuit resolutum in d. Salamantina Canonicatus, 1572. coram Orano, & in Corduben. portionis 1575. coram Rubeo, Vicent. beneficij S. Martini, 25. Februarij, 1600. coram Pamphilio, & in eadem, 10. Decembris, 1600. coram Sacrato. Amplia, etiã si in Breui adesset clausula, absque vitio spolij; quia tãquã accessoria, recipit condi-
16 tiones † Breuis, & intelligitur, quatenus breue sit iustificatum. Put. decisio. prima, libro primo, & fuit resolutum in dicta Cordubensi portionis, 1575. coram Rubeo. Vicent. beneficij Sancti Martini, vigesimaquinta Februarij, 1600. coram Pamphilio.

Quod intellige, quando habet se pro spoliato: secùs si non; quia tunc si

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

causas appellationis cõ-
17 mittitur parito† Breui, arbitrio Rotæ, absoluetur à censuris ad beneplacitum, & datur ei manutentio, vt seruatum fuit in causa Barchinonen. beneficij, vigesimaoctaua Iunij, 1600. coram Millino.

Dic verum, quando datur fumus sufficiens ad excludendam reseruationem, aliàs secùs: quia tunc manutentio datur immisso per iudicem. Rota in Aurien. Parrochialis, decimaseptima Aprilis, 1600. corã Lancellotto. Tuden. Parrochial. tertia Decemb. 1601. coram Sacrato.

Et cessante dicta clausula, Parito Breui arbitrio Rotæ, si datur sufficiens fumus ad exclusionem reseruationis,
18 † licet iura non sint in forma probanti, supersedetur in executione Breuis, donec in forma probandi afferantur, vt plenè excludatur reseruatio, vt fuit tentum in causa Leodiẽ. Parrochialis, 16. Decemb. 1594. coram Litta, & in causa Astoricen. Prioratus, 9. Decembris, 1596. coram eodẽ. Barchionen. beneficij, vigesimaocta ua Iunij, 1600. coram Millino, Aurien. Parrochialis, vigesimaseptima Aprilis, 1598. corã Lancellotto. vide Salamantin. beneficij, 31. Ianuarij, 1596. coram Cordoua, & Vicen. beneficij, vigesimasecunda Iunij, 1598. coram Litta, quæ videntur tenere contrarium.

Secùs quando non datur fumus sufficiẽs: quia tunc non intrat arbitriũ & sic non suprasedetur, vt fuit dictum in causa

Au-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Aurien. Parrochialis, 17. Aprilis, 1601. corã Lancellotto. Tuden. Parrochialis, 3. Decemb. 1601. coram Sacrato.

Et ratio est: quia cum huiusmodi breuia dentur propter reseruationem, & in illa fundentur, illa cessante, non datur exequutio. Rota, diuers. in manuscript. 45. incip. die 14. Nouembris, 1558. & dec. 238. incip. coram Domino Rubeo, & fuit resolutum in causa Gerunden. beneficij, 31. Maij 1600. coram Cordoua, vbi, quod ita fuit decisum in vna Salamantina Canonicatus, coram Rubeo, & alibi sæpè.

Clausula, cõstito quod
19 defunctus † obierit, tũc sufficit verificare, quãdo non fit mentio in ea de pertinentia collationis, vt in causa Abulen. Canonicatus, coram Rubeo, & alibi sæpè, secùs, si fiat mentio de pertinẽtia collationis in clausula constito, &c. quia primo Papa non remitteret pertinẽtiam ad petitorium, secundo verò casu est posita vti conditio d. clausulæ, & ideo venit iustificari, ita, vt ex dicta pertinentia inducatur reseruatio, propter quam breue fuit cõcessum, vt fuit resolutũ in causa Vicent. beneficij Sancti Martini, 22. Februarij, 1600. coram Pamphilio, & in Gerunden. beneficij, 13. Maij, coram Cordoua, in qua ponitur ista distinctio.

20 Clausula, constito, † intelligitur ad effectum vacationis, puta, si dicatur constito, quod sit principalis dignitas, intelligitur enim, & quãdo vacet, vt fuit dictum in cau

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sa Bracharen. Iurispatro natus, 26. Martij, 1601. coram Iusto.

Clausula, constito, po
21 sita † in Breui, operatur quod ex mente disponẽtis posita in narratiua, si in dicta clausula nõ sint repetita, censeantur remissa ad negotium principale, vt fuit resolutum in causa Abulen. Canonicatus, 24. Nouembr. 1578. coram Rubeo, vt in decis. 373. libro primo, quotidie.

SVMMARIA.

1 *Clausula constituti posita in donatione inter vir. & vxorẽ, quid operetur.*
2 *Et quid si sit donatio collata in tempus mortis.*
3 *Primum extremum nõ probatur ex clausula constituti.*
4 *Clausula, constituti operatur transactionem possessionis ad quoscumq; effectus.*
5 *Et an operetur ad effectum, vt inducatur caducitas.*
6 *Et quando censetur collata post mortem.*
7 *Et quid si adsit clausula, Non aliàs aliter, nec alio modo.*

CLAVSVLA XX.

Constituti.

1 HAec clausula appo sita † in donatione inter virum, & vxorẽ, de bonis, quæ reperiren tur post mortem viri, nõ dicitur collata per mortem, cum in ea nulla sit facta mentio mortis. Oldr. cons. 139. in 3. dub. Dec. in l. contractus, nu. 17. vers. & eo modo, ff. de reg. iur. Tiraq. de constit. par. 3. limit. 21. nu. 14. & fuit resolutũ in Romana de Matthęis, 28. Aprilis, 1564. coram Oradino.

Hæc clausula operatur
2 ẽt si sit collata † in tempus mortis. Oldr. cons. 139. in 5. dub. Alexand. cons. 83. num. 6. vers. & subdit quod effectus, libro 2. Dec. in l. contractus, num. 17. ff. de reg. iuris. Iason. in l. quoties,

nu-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

numero 17. in fine, C. de rei vendicat. & consilio 147. colum. 9. vers. primo ex limitatione, lib. 2. Neguzan. de pignor. secundo memb. parte 2. nume. septimo. Tiraqu. de constit. par. 3. limit. 2. num. 17. & fuit dictũ in d. Romana de Matthæis, coram Oradino, vbi quod aliàs idem tenuerat in vna Romana vineæ.

Ex hac clausula apposita † in contractu, non
3 probatur primum extremum ad effectũ spolij, nisi data validitate contractus, vt per Doctor. in l. prima, §. si vir vxori, vbi Iason. post alios, numer. decimooctauo, ff. de acquirend. possess. Bald. in l. emptione, quæst. vltim. C. plus valer. quod agit. Paris. consilio 55. numero vigesimosecundo, libro primo, cum alijs allegat. per Tiraqu. de constit. parte tertia, limitat. septima, ferè per tot. & fuit resolutum in causa Placentina vsurarum, 9. Decembris, 1583. coram Rubeo, vt in decisione 51. libro tertio, quotidie, & in eadem coram eodem, prima Aprilis, 1584.

Hæc clausula operatur
4 † translationem possessionis ad quoscunque effectus, l. mulier, vbi gl. Bart. & alij, ff. de rei vendicat. l. quamuis, §. primo, & l. quod meo, cum ibi notatis, ff. de acquir. possess. Berous, consilio 41. nu. 12. lib. 3. Afflict. decis. 299. cum alijs allegatis, latè per Tiraqu. de constit. par. 1. num. 2. & par. 3. limit. 11. & fuit dictum in causa Sutrina bonorum, 23. Octobris 1595. corã Pamphilio.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

An autem operetur trã slationem possessionis, ad effectum, vt inducatur caducitas † rei emphyteuticæ ob alienatiõnẽ, vide Clar. §. emphytheusis, quæst. 13. Tiraquel. de constit. parte 3. limit. 6. Velasc. de iure emphyteut. quæst. 14. numero decimo. Cordub. de priuat. ob alienationem, Ampliat. 30. & in causa Rauennaten. 21. Iunij, 1596. coram Pamphilio, & in causa deuolutionis domus, 24. Aprilis, 1600. corã Pegna.

Adde tamen quod quãdo hæc clausula non est clarè apposita viuo testatore, sed post mortem, stante clausula, secretâ morte, &c. operatur, vt censeatur collata † postmortẽ, & sic secuta morte per viam constituti relaxata possessio, & ideo ex causa non censetur in cursa caducitas, ad trad. per Neguzant. de pign. parte secunda, membr. secũdo, numero tertio, & latè per Tiraq. de constit. parte tertia, limitat. secunda. ita fuit dictum in causa Rauennat. bonorum, 21. Iunij, 1596. coram Pamphilio.

Maximè si adsit clausula, Non aliàs, aliter, † nec alio modo. Nam stante hac clausula, etiam secreta realiter traditione & possessoris, non incurritur caducitas. Bald. in Authent. Ingressi, numero septimo, C. de sacrosanct. Eccles. Abb. in c. insinuante, nu. 6. qui cleric. vel vouent. Iaf. in l. fin. num. 142. C. de iure emphyteut. & fuit dictum in d. Rauennaten. bonorũ, 21. Iunij, 1596. coram Pamphilio.

SVM-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

SVMMARIA.

1 *Clausula contradictores, intelligitur de contradictoribus de facto.*
2 *Et an intelligatur de iure.*

CLAVSVLA XXI.

Contradictores.

HÆc clausula, contradictores appellatione postposita compellentes, &c. intelligitur de contradictoribus
1 † de facto, nõ autem de iure, Franch. in cap. primo, in princip. ad finẽ, vers. vel poterit, de concess. præben. in 6. Card. in Clement. secunda, §. contradictores, de relig. domib. Abb. in cap. pro illorum, numero 9. de præbend. Rebuff. in praxi, in forma nouæ prouis. verbo, contradictores
2 † & in Concordat. in forma lit. executor. mand. Apost. verbo, contradictores, Staphil. de litter. grat. de vi, & effectu, clausul. octaua, competenti, numero septimo, & seqq. Put. decis. 271. numero sexto, libro tertio, Achil. decis. quarta, numero vndecimo, de sentent. ex com-mun. Lancell. de attentat. appell. pend. limita. octaua, numero quarto, & fuit resolutum in causa Mediolanens. Parrochialis, 16. Martij, 1588. coram Pamphilio, Panormitana Archidiaconatus, 15. Iunij, 1590. coram Pegna.

SVMMARIA.

1 *Clausula cuius ad id expressus accedit assensus stat causatiuè, non autem conditionaliter.*
2 *Litteræ Apostolicæ numquam expediuntur sine consensu.*
3 *Breue habet vim litterarum Apostolicarum.*
4 *Et quid si est posita in materia, in qua Papa requirit consensum.*
5 *Hæc clausula intelligitur de consensu à tergo litterarum.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CLAVSVLA XXII.

Cuius ad id expressus accedit assensus.

1 HAec clausula cum sit concepta † per verba præsentis temporis, stat causatiuè, non autem conditionaliter, l. institutio talis, ff. de condit. instit. l. cum ad prẽsẽs, l. itaque, ff. si cer. petat. l. si ita legatum sit, vbi Bart. not. in prin cip. ff. de condit. & demonstrat. l. si ita stipulatus fuero hanc summam, & ibi not. Bart. ff. de verbor. oblig. Idem Bart. in l. demonstratio falsa, §. quod autem, nu. 2. vers. quare dico, & ibi Castrens. numero decimo, ff. de condit. & demonstrat. & fuit dictum 3 in causa Placentina pen sionis, vigesimasecũda Iunij, 1595. coram Pegna, & resolutum in cau sa Elboren. pensionis, 27. Octobris, 1595. & 19. Ianuarij, 1596. coram Cordoua.

Maximè, quãdo est posita in litteris: quia tunc sine dubio stat causatiuè quia littetæ non fuissent 2 † sine cõsensu expeditę. Put. decisio. 439. libro primo, & decisio. decimaoctaua, libro secundo. Verall. decisio. 120. & 213. numero primo, parte prima, in impress. & decisio. 183. libro primo, in manuscript. Peregr. decisio. 74. nume. ..... libro primo, & tenuit Rota in dicta Elboren. pensionis, 27. Octobris, 1595. coram Cordoua.

Idem, si sit apposita in Breui, ex quo Breue † habet vim litterarum Apostolicarum, nec requirit aliam expeditionem lit-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

terarum, vide in dicta Elboren. pensionis, 27. Octobris, 1595. & 19. Ianuarij, 1596. coram Cordoua, & in causa Romana censuum, 13. Martij, 1596. coram Blanchetto, vbi de clausula, attento consensu, posita in Breui.

An autem quando est
4 posita † in materia, in qua Papa requirit consensum, vt in materia, pensionis, in qua non reseruat pensionem in beneficio iam collato sine consensu Titularis, Put. decisio. 421. libro primo, nume. 7. Cassador. decis. 1. de pensionib. ab initio ex intentione Papæ stet conditionaliter, etiam si sit concepta per verba præsentis temporis, vide in causa Elbor. pensionis, 9. Iunij, 27. Octobris 1595. & 19. Ianuarij, coram Cordoua.

Adde etiam, quod hęc clausula intelligitur de
5 consensu † à tergo litterarum, etiam quod non sit sufficiens, vt fuit resolutum in dicta Elboren. pensionis, 21. Iun. 1602. coram Cordoua.

CLAVSVLA XXIII.

Cuiuscunque status, gradus, & conditionis, &c.

HAec Clausula non capit minores in materia, in qua sunt inhabiles, glos. in l. promittendo, in verbo conditionis, vbi Iacobinus de Sancto Georgio, ff. de iure dot. & faciunt not. per Iason. in l. secunda, §. Prætor, numero tertio, ff. qui satisd. cogant. vt fuit dictum in causa Romana montis, 19. Nouembris, 1584. coram Seraphino.

CLAV-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CLAVSVLA XXIV.

Cum fructibus decursis.

HAec clausulam, cũ fructibus decursis, etiam à die obitus, non capit fructus decursos ante obitum, & non exactos, nec consumptos, vt fuit resolutum in causa Gerunden. fructuum, 24. Maij, 1599. coram Iusto.

CLAVSVLA XXV.

Cum incidentibus.

HAec clausula, cum incidentibus, & emergentibus, annexis, & connexis, posita in commissione appellationis causæ possessoriæ, operatur, vt censeatur cõmissum, non solum possessorium, sed etiam petitorium: cum negari nõ possit, quin negocium principale non sit de incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, &c. Aegid. decisio. 619. Cassador. decisio. 9. numero 13. de causa possess. & propr. & fuit dictum in causa Perusina hæreditatis, 26. Octobris, 1602. coram Pamphilio.

CLAVSVLA XXVI.

Cum plena, libera, speciali, &c.

HAec clausula, posita in mandato, restringitur per verba illa, in præmissis, & circa præmissa, ita, vt eorum fines egredi non possit, cap. qui ad agendum, de procurat. in 6. Alexand. in l. qui Romæ, §. Callimachus, numero sexto, ff. de verbor. obligat. & consilio vigesimosecundo, numero decimo, libro primo. Ruin. consilio

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

lio 59. numero tertio, libro quinto, & fuit dictum in Ariminen. census, prima Iulij, 1588. coram Seraphino.

SVMMARIA.

1 *Clausula cum potestate citandi, & inhibendi, intelligitur respectu citationis tantum.*
2 *Clausula cum potestate citandi in curia, & extra curiam, inducitur certa scientia Papæ.*

CLAVSVLA XXVII.

Cum potestate citandi, &c.

HAec clausula cum potestate citan-
1 di, † & inhibendi, præuia causæ cognitione, intelligitur, respectu inhibitionis, non autem citationis, cum sine ea non possit dari causæ cognitio, ita fuit resolutũ in causa Corduben. Decimarum, 13. Ianuarij, 1586. coram Rubeo.

Clausula, cum potesta-
2 te citandi † in curia, & extra, &c. Ex hac clausula, inducitur certa sciẽtia Papæ, quod voluerit causam à partibus ad Sedem Apostolicam auocare, Rota, decis. tertia, columna prima, versic. sed pone quod committatur causa appellationis, in nou. Verall. decis. 7. lib. 3.

CLAVSVLA XXVIII.

Cum suis annexis, &c.

CLausula, cum suis annexis, &c. in impetratione beneficij, quid operetur, vide in causa Zamorensis Archidiaconatus, 28. Nouembris, 1569. coram Rubeo, quam vide in causa Valentina pensionis, 19. Nouembris, 1599. coram Pamphilio.

CLAV-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca